

The Liber Pharetrae Project

Liber 3: De periculosis Caput 49: De iudicio (15)

Bernardus, *de Contemptu*:

Non unius civitatis, aut
populi, aut regionis unius, sed
universitatis iudices habent praesidere
cum Christo: non solum homines, sed
etiam ipsos angelos iudicabunt,
qui parentem ad modicum vaporem
praesentis gloriae dedignant et
exsufflantes, improprium Christi
universis
praeposuerunt
titulis dignitatum: *Nolite timere,
pusillus grex, quoniam complacuit
Patri dare vobis regnum.*

Non unius siquidem civitatis aut
populi seu regionis unius, sed
universitatis iudices habent praesidere
cum Christo. Nec solum homines, sed
et ipsos angelos iudicabunt (I Cor. VI, 3),
qui parentem ad modicum vaporem
praesentis gloriae dedignant et
exsufflantes, improprium Christi
universis
praeposuerunt
titulis dignitatum. *Nolite timere,
pusillus grex, quoniam complacuit
Patri vestro dare vobis regnum*
(Luc. xii. 32).

Gaufridus Claraeuallensis, *Declamationes
de colloquio Simonis cum Jesu, ex S.
Bernardi sermonibus collectae*, 41 (PL
184, col.463C-D).